

[Sed cum vir xvii. annos habeat, eam recipere contradicit. Unde quia donec nos super ipsa consuleret, non duxisti in prolatione sententiae procedere.]

XI. IDEM Pifano Archiepiscopo. [c. an. 1170. Romae in Tuscaniam.]

Si major iuvenis contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsam expectare donec veniat ad aetatem adultam.

EX literis y tuae fra. accepimus, quod puella quaedam anno xii. jurata fuit & desponsata cuidam puero ix. vel x. anno 2, & tempore procedente, de voluntate parentum 17 potius, quam de sua, sicut asserit, ad domum patris pueri adducta 4, ubi dolens & invita, minis parentum impulsa moram sibi fuisse duntaxat dicitur. Et tandem inde recedens, ad domum propriam est regressa: [Et infra a.] Cum autem dictus puer nondum ad xiv. annum pervenerit, nec ad eandem carnaliter accessum habuit, dif. tuae taliter respon. quod si puella communita, ut donec compleat idem puer annum xiv. expectet, non duxerit expectandum: ei secundum ea, quae proposita sunt, accipiendi alium virum liberam tribus facultatem 6.

[Commonita vero a matre sua & a te postmodum ad eum redire penitus contradixit, asserens, quod nunquam eum voluit, nec vult in virum habere, sed nubendi alii postulat facultatem. Unde quia quid super hoc agendum sit a nobis tua fra. requisivit.]

PITH. 17 De voluntate parentum. Scilicet matris & fratrum. Junge cap. 13. sup. tit. praeced.

XII. CLEMENS III. [c. an. 1190. Romae.]

Sponsalia contracta cum minore septennio, per cohabitationem mutuan post septennium convalescant, & inducant publice honestatis iustitiam: solvantur tamen per matrimonium de presenti.

Duo pueri 6 Guillelmus & Guillelma matrimonialiter sunt conjuncti, puero vi. puella vero vii. annum agente: qui simul per tres annos manserunt: tunc pater puellae subtrahens eam sponso 18, ipsam alteri N. nomine copulavit 19: cum quo per vii. annos quiete permansit, ipse vero tunc reliquit eandem, quia credebatur eam alium virum habere, illum feliciter 4 cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perveniens, a Praedecessore tuo contrahendi cum alia licentiam impetravit: qui quondam nomine S. Conforbiam prius in uxorem accepit, & cum ea per aliquod tempus existens, eam, ut ipse fatetur, carnaliter non cognovit, licet illa 6 se ab eo cognovisse assereret. Cum autem pater memoratus Guillel. eam vidisset a secundo viro relictam, praenominatum Guillel. cui prius eam desponsaverat, compulit ut S. neptem suam omnino dimitteret, & ad Guillel. suam desponsatam rediret: qui postmodum per biennium cohabitavit eidem. Quia igitur quid tibi faciendum sit, postulas edoceri: Breviter respon. quod impedimento puelli aetate matrimonium inter G. & C. non fuit: & licet idem postquam illa nupsit alii, potuerit aliam ducere in uxorem, tamen quia dictam S. duxit Conforbiam mulieris ejusdem, five eam cognoverit five non, non debet tamen cum eadem S. propter publice honestatis iustitiam remanere 20, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitime copulata: Et infra. Cum vero vir caput sit mulieris: & Guil. dicat se non cognovisse prius S. supra dictam: aliam, si voluerit, poterit ducere in uxorem, & S. viro legitime copulari: post separationem vero, pro vitando populi scandalo, utriusque ad tempus poenitentia injungenda. Si vero legitime contraheret ipsam S. ab eo five post, five antea cogitavit extitisse, neutri, vivente altero, dabitur licentia contrahendi. Remanebit ergo Guillelma cum M. imposita ipsi M. ad tempus poenitentiae non requisito, dimittit.

PITH. 18 Subtrahens eam sponso. V. C. addit suo. 19 Ipsam alteri N. nomine copulavit. V. C. Mestaco. 20 Eum eadem, &c. remanere. Cap. 10. inf. qui sit. sint legitimi.

XIII. INNOCENTIUS III. C. P. quondam filii Malebrancae 1. [c. an. 1210. Romae.]

Accusari non potest matrimonium, quod non est, ut si cum minori septennio sit contractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.

AD dissolvendum 21 quod factum fuerat I. & S. [Et infra a.] Accusatione pro puella super consanguinitate proposita, praefatus I. multas exceptiones proposuit: per quas nitabatur vos ab accusatione multipliciter remove: [Et infra b.] Interloquendo pronuntiavimus inter juvenem & puellam nec matrimonium nec sponsalia fuisse contracta: cum confiter puellam nondum ad septennium pervenisse. Quocirca nec accusatio locum habebat, cum non esset, quod postlegitime accusari. Denunciari tamen poterat consanguinitas 22, ut interdiceret matrimonium contrahendum. Ad denunciationem ergo legitime probandam terminum assignamus, salvis exceptionibus non solum propositis, sed etiam proponendis. Ne vero quicquam in

1 Cap. 14. eod. tit. in 1. Compil. 2 annorum. 3 ducta. 4 al. abducta.

5 Vide I. 55 pater & ibi Bart. C. de sponsal.

6 Cap. un. eod. tit. in 111. Compil. Vide Sylvest. in summa, verbo, spons. & Sotum 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 2. & seq. 7 Aliis ita: Guillelmum scilicet, &c. 8 ea.

9 al. Mala-branca.

10 Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. Vide Sotum ca. superiori citatum.

puellam interim attentetur, Auctoritate Apost. interdicimus, ne in negotio de novo procedatur ulterius, donec vel a denunciatione cessetur, vel ea probata ordine iudicario procedatur. Quod si contra interdictum nostrum in praedictum ipsius aliquid fuerit attentatum, id 11 irritum esse decernimus, & viribus omnino careat.

[Filiam quondam M. super matrimonio contrahendo in nostra & fratrum nostrorum praesentia fuit propositum, quod cum dicta puella nondum ad septennium pervenisset, de ipsa nec matrimonium contrahi, nec sponsalia potuerunt, desuit etiam consanguineorum assensus, qui praecipue sunt in talibus requirendi. quod & si, etas sufficiens extitisset, & consanguineorum intervenisset assensus, persona tamen non iust idonee ad matrimonium contrahendum, linea consanguinitatis obstante.]

[3. Cunque super exceptionibus ipsius fuisset duntaxat disputatum, auditis, & intellectis quaecumque fuerunt hinc inde proposita, de consilio f. u.]

PITH. 21 Ad dissolvendum, &c.] Extat integra p. 198. Epist. Imoc.

Denunciari tamen poterat consanguinitas ut interdicetur matrimonium contrahendum.] Denunciatio ad instar novi operis.

XIV. IDEM Episcopo Abbaten. 1 23 [c. 1. Abertadem. al. Albertaden. al. Abbataden. al. Abbataden.]

Si quis per verba de praesenti contrahit cum impubere, in qua aetate malitia non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiam si subarratio intercesserit.

Tua nobis 8 exhibita litera continebat, quod quidam filiam suam circiter xii. annos habentem, cuidam nobili desponsavit, qui subarravit eandem, consensu mutuo accedente: [Et infra a.] Quia vero nobis constare non potuit, cujus aetatis esset puella, cum eadem viro extitit desponsata, cum dicitur, quod circiter xii. annos habebat, utrumne prudentia tunc in illa supplet aetatem: respondemus, quod si puella nubilis non erat aetatis, cum sepe fatus 1 vir desponsavit eandem, & aetatem in ea prudentia non supplebat, proculdubio inter eos non conjugium, sed sponsalia contracta fuerunt, quavis ab ipso viro eadem fuerit subarrata.

[Sed nuptiis aliquantulum prorogatis, Pater puella etiam anteverja carnis ingressus est, eo autem rebus humanis exempto, puella duntaxat supra dicta ipsam alteri matrimonio copulavit, & ille qui prius desponsaverat eandem cum ipsius matre contraxit. Tunc autem Praedecessor attendens, quod cum ea non poterat permanere, cuius filiam legitime desponsaverat, inter eos divorcium sententiam promulgavit. Postmodum autem mortuo viro secundo, qui supra dictam puellam duxerat in uxorem, ipsa se tertio copulavit, illo orrente qui prius eam desponsaverat. Ceterum, tam ipsa quam vir idem te duxerunt humiliter considerandum, utrum licite valeant commemorari, tu vero deliberatione habita, respondisti, quod primo sponso vivente alter non potuit legitime copulari. Sed quia tua Ecclesia postulat ut super hoc Sed. Apostol. consuleres, procedere distulisti, nobis humiliter supplicans, ut super hoc tibi resolvere dignaremur.]

PITH. 23 Abbatem. Alberscadenf, vel Alberstadenf, vel Alberstadienf.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE m.

TITULUS III.

I. EX CONCILIO Arelaten. [in Gallia.]

Pro clandestino matrimonio non praesumitur, sed illud alleganti incumbit onus probandi.

SI quis clam desponsaverit aliquam, & mulier vel vir 1 negat huiusmodi desponsationem: viro 2 incumbit probatio.

PITH. 1 Vel vir. 2 Dele haec verba. 3 Viro.] Adde qui dicit.

II. ALEXANDER III. Belvacensis 3 Episcopo. [c. an. 1180. Romae in Galliam.]

Qui matrimonium clandestine contraxerunt, altero negante vel utroque, non apparente legitima exinde probatione, simul cohabitare ab Ecclesia non compelluntur: & si illud publicaverint, tanquam in conspectu Ecclesiae factum comprobabitur, nisi rationabilis causa substat, quae impediatur. Hoc dicit, litera inherendo.

QUOD 4 nobis 4: [Et infra a.] Si enim matrimonia tam occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat: ii, qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi 5: Verum si personae contrahentium hac voluerint publicare, nisi rationabilis causa praepediatur, ab Ecclesia recipienda sunt & comprobanda, tanquam a principio in Ecclesiae conspectu contracta.

[a. Ex tua parte significatum est, ut de clandestinis matri-

6 Cap. 2. eod. tit. in 111. Compil. Vide Covarr. in Epist. de decret. part. 1. c. 4. §. 2. muni. 2.

7 Epist. praefatus. al. fape dictus.

m Clandestina desponsationes & conjugia novissime irrita fecit Concil. Trient. sess. 24. de reformatione. matr. c. 8. Clem. un. de consensu. c. 1. unde cessant hac de re veterum alterationes interpretum.

n Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. part. 50. c. 17.

monii dispensare deberemus, non videmus qua dispensatio super bis sit.]

PITH. 3 Belvacens. V. Belgorniens. 4 Quod nobis, &c.] Junge cap. 9. inf. qui filii sint legitimi. 5 Compellendi.] Melius repellendi.

III. INNOCENTIUS III. in Concilio Generali 9. [c. an. 1216. Romae.]

Cum matrimonia sunt contrahenda, debent per Presbyteros in Ecclesia edicta proponi, assignato termino, intra quem, qui voluerit impedire, impedimentum opponat: & si probabilis conjectura fuerit de impedimento, interdicitur matrimonium, donec de hoc cognoscatur. Hoc primum usque ad §. si quis.

Um inhibito copulae P conjugalis sit in ultimis tribus gradibus 6 revocata, eam in aliis volumus districte servari. Unde praedecessorum nostrum vestigia inherendo, clandestina conjugia penitus inhihemus, prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus interesse praesumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem 7 ad alia generaliter prorogandum, statimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis per Presbyteros publice proponantur 8 competenti termino praefinito: ut intra illum, qui voluerit & valuerit legitimum impedimentum opponat, & ipsi Presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquid impedimentum obstat. Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicitur expressis, donec quod fieri debeat super eo, manifestis confiteri documentis.

[In ultimis tribus gradibus revocata.] Quinto, sexto, septimo. Concil. Lateran. cap. penult. inf. de conjugum. & affinit. 7 Specialem quorundam locorum consuetudinem.] ut Galliae cap. 27. sup. de sponsal. Papiensis civitatis cap. 8. de testib. in 1. collect. & cap. ult. qti matrimon. accus. post. in ead. collect. Polonia. Martinus Cromerus 7. 8 Si in gradu prohibito matrimonium clandestine vel contra interdictionem, de quo supra, contractum fuerit etiam per ignorantes, de parentum ignorantia nullum habitura subidium: cum illi taliter contrahendo non expertes scientiae, vel saltem affectatores ignorantiae videantur. Pari modo proles illegitima censentur, si ambo parentes impedimentum illegitimum, praeter eam interdictum etiam in conspectu Ecclesiae contrahere praesumpserint.

Sacerdos, qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, & quibus Clericus suspenduntur, qui interfuit, per triennium a beneficio suspenduntur, & si culpa exegerit, etiam graecus puniuntur: ipsi etiam contrahentes contra hoc ca. estiam alias licite puniendi sunt, & idem in calumniose denuntiacionibus. Hoc dicit usque ad finem. Abbas. 2. Sanes si Paracialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis praesumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpae qualitas postulerit. Sed his, qui taliter praesumpserint, etiam in gradu concessio copulari, condigna poenitentia injungatur. Si quis autem ad impediendum legitimum copulam malitiose 1 impediendum objecerit, Canoniam non effugiet ultionem.

1 Tridentin. sess. 24. de reformatione. matr. c. 8. Clem. un. de consensu. c. 1. unde cessant hac de re veterum alterationes interpretum.

2 malitiosum.

DE SPONSA DUORUM 1.

TITULUS IV.

I. AUGUSTINUS de fide pactionis & consensibus 2. [c. an. 420. in Africa.]

Contrahens successore per verba de praesenti cum duobus, tenetur adhaerere prima. Si autem primo contraxit per verba de futuro, secundo per verba de praesenti, adhaerebit secunda.

DUORUM 1 modis 3 dicitur fides, pactionis & consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam 4 ducere: si aliam duxerit, poenitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescinditur tantum debet Sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet ei aliam ducere: si autem duxerit, dimittit ipsam, & adhaerebit priori. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando non fringit manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & mutuo se suscipiunt.

PITH. 1 De sponsa duorum.] V. C. addit, & sponso duorum.

6 C. 1. eod. tit. in 1. Compil. Vide Joan. majoris. 4. sent. dist. 27. q. 5. & Sotum q. 2. art. 4. vers. tertium dubium est. u. al. ita: aliam ducere uxorem.

De fide pactionis & consensus. Vetus translatio Gallica pro titulo five rubrica accipit, separaturque caput hoc a reliquis quae collocat sub titulo de sponsa duorum. 2 Duobus modis, &c.] Can. ult. caus. 27. quest. 2.

II. EX BROCHARDO lib. xxx 4.

Ponit poenitentiam illius, qui alterius sponsam de praesenti sibi accepit in uxorem, nec unquam in uxorem eam habere potest. Hoc dicit iuxta literam.

Accepisti illam in uxorem tibi, quam alter sibi desponsatam habuerat, dimitte illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima: & 40. dies in pace & aqua (quod caritatem 5 vocant) cum 7. sequentibus annis poeniteas. Habetur ex Brocardo inf. cap. 1. de frigid. & malefic. Cariniana.] Cap. 8. inf. de accusat. Burchardus lib. 19. p. 26. lvo. part. 5. cap. 183. & 185. in Concil. Salign. cap. 13. 17. & 19.

8 Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. 9 Carenam. al. Carentiam. Contius in marg.

III. ALEXANDER III. Salernitano Archiepiscopo. [c. an. 1170. Romae in Campaniam.]

Sponsalia de praesenti non solvantur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum.

Licet 2 praeter solum 6: [Et infra a.] Consultationi tuae taliter respondemus, quod si inter virum & mulierem legitimus consensus interveniat de praesenti, ita quidem, quod unus alterum in suo mutuo consensu verbis consuetis expressis 7 recipiat 7, utroque dicente: Ego te accipio in meam: & ego accipio te in meam 8; five sit iuramentum interpositum, five non, non licet mulieri alii nubere: & si nupsit, etiam carnalis copula sit fecuta, ab eo separari debet, & ut ad primum redeat, Ecclesiastica diffinitione compelli; quamvis aliter a quibusdam praedecessoribus nostris sit aliquando iudicatum 9.

[Et amplius solito multis finis & magnis negotiis praepediti. Et ita quod non sit nobis facile aliquorum consultationibus respondere: illa tamen speciali gratia, quam ad personam tuam habemus, & fraternam cogimus caritatem, quod sententiam de his super quibus nos consuluit dil. tuae, praesentibus literis aperire. Consuisti nos siquidem, utrum si inter virum & mulierem, praesitio vel non praesitio iuramento, legitimus consensus intervenierit, & praesenti copula carnali non subsecuta, liceat mulieri alii nubere; vel si nupsit alii, & carnalis fuerit copula subsecuta, an ab ipso debeat separari.]

PITH. 6 Licet praeter solum, &c.] Junge cap. 2. sup. de convers. conjugat.

7 Unus alterum in suo, &c. recipiat.] in suam, V. C.

8 Ego te accipio in meam, & ego accipio te in meam.] Cap. penult. sup. de sponsal. & cap. 6. eod. tit. in 1. Collect.

9 Quamvis aliter, &c. aliquando iudicatum.] Quo iure etiam Mutinenses uli sunt. cap. ult. inf. eod. tit.

IV. IDEM 10 Genue. b Archiepiscopo. b Januen. sed idem est.

Et qui appellat in causa matrimoniali, interdicti debet, ne aliud matrimonium contrahat licet pendente: & si contraxerit, debet separari.

Tua 6 Fraternitas 11 non consu. [Et infra a.] De his vero qui coram te super desponsatione facta per consensum mutuum de praesenti, controversiam movent, & appellatione pendente, quam ante sententiam, vel cognitionem causa, ad Sedem Apostolicam interponunt, accipiunt alias uxores. Hoc arbitramur agendum, ut si amodo in tali casu duxerint appellandum, eis in Ecclesia publice interdicat, ne ante decisionem causae, aliud contrahant matrimonium. Et si contra 12 interdictum Ecclesiae publice factum venire praesumpserint, matrimonium tam praesumptuose contractum poterit irritare 13. [a. Quid de his agere debemus, qui desponsant mulieres & processu temporis antequam eas ducant vel cognoscant, alias accipiunt in uxores. Super quo utique consultationi tuae taliter respondemus, quod si vir & mulier sese recipiunt expressis consensu de praesenti mutuo, neuter eorum, altero superstitite, poterit ad alia vota transire, etsi possit ad Monasterium transmigraire. Verum si inter ipsos non accessit consensus de praesenti, sed promissio de futuro, videlicet quod uterque dixit alteri: Ego de recipiam in meam, & ego te in meam; & alius eam mulierem desponsavit & traduxit, etiam si inter primos iuramentum fuit, sicut diximus, de futuro huius desponsationis inuitum; secundum non poterit matrimonium separari; sed eis est, de violatione fidei, poenitentia injungenda.]

PITH. 10 Idem.] Urbanus III.

11 Tua Fraternitas, &c.] Coniunge cap. 9. sup. de desponsat. impuber.

12 Irritare.] Cap. 1. de matrim. contra. cons. interd. vel etiam post poenitentiam integrare.

V. INNOCENTIUS Mutinens. Episcopo. [c. an. 1170. Romae in Flaminiam.]

Qui duas per verba de praesenti desponsat, primam desponsatam habeat in uxorem, etiam si prius secundam cognoverit:

12 Cap. 7. eod. tit. in 1. Compil.

13 expresso.

14 Cap. 7. eod. tit. in 1. Compil.

15 al. ita: & si contra interdictum Ecclesiae factum, &c.